

Cracca, qui fut envoyé en ambassade à Rome, pour des questions religieuses (1343).

Les Turcomans ayant soumis à leur autorité la vallée du Calycadnus et les régions d'alentour, s'efforçaient de se rendre maîtres aussi des châteaux d'Antiochette et de Sig qui restaient ainsi isolés; ils proposaient même à Léon de les acheter, mais le roi ne voulait ni les vendre aux Turcomans ni les détruire de fond en comble, comme le lui conseillaient ses princes; il désirait les vendre ou plutôt les accorder en fief aux chevaliers de Jérusalem: à cet effet il écrivit au pape Jean XXII, le priant de se faire intermédiaire pour l'arrangement de cette affaire. Le pape écrivit aux Chevaliers (2 août 1332), les exhortant d'acheter ces châteaux et de les garder⁴²¹: mais j'ignore le résultat de ces démarches.

l'oreille, la langue et la cervelle, et il apporta le crâne, et le lui présenta. Le Docteur lui demanda; Où est l'oreille?- Le disciple lui répondit: Il n'en avait point, car il était sourd. - Où est la langue? - Il n'avait point de langue, on la lui avait coupée. - Où est la cervelle? - Il n'avait point de cervelle, parce qu'il pâturait à Cracca».

⁴²¹ Lettre de Jean XXII, 1332, 2 Août. — JOHANNES EPISCOPUS, etc. Dilectis filiis... Magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerusalemiani, salutem... Nuper siquidem carissimi in Christo filii nostri *Leonis Regis* Arménie Illustris ad nostri Apostolatus auditum informatio devota perduxit, quod ipse duo Castra situata in marchia paganorum Turchorum, quorum unum *Siquinum* prope mare ad miliare, et aliud *Anthioceta* in rupe supra mare posita nuncupantur, obtinet, qui progenitores sui et idem Rex usque ad hec tempora servaverunt: sed cum propter destructionem terre illius, ex cuius redditibus castra eadem servabantur, nequeant Castra ipsa ulterius conservari; sintque pagani aliqui de Turchia, qui castra prefata empturos se offerunt, pro certa pecunie quantitate: quorum verbis consentire super hec ipsius Regis conscientia contradicit, et aliqui de consilio Regis predicti suadeant, quod dicta Castra funditus diruantur; idemque Rex paratus existat Vobis libere donare in perpetuum dicta Castra cum iuribus et pertinentiis eorumdem, ut recipiatis donationem Castrorum predictorum, illaque custodiatis et ut vestra propria inhabitetis, et defendatis, ne ad manus dictorum perveniant paganorum, idem Rex humiliter supplicavit, ut Vobis super hijs scripta nostra dirigere, seu circa ea ordinare aliud vel dicto Regi deliberare consulere, quid agere debeat in premissis, iuxta Sedis apostolice providentiam dignemur... Nos devotum et sincerum predicti Regis in hac parte zelum digne ratum et gratum habentes, et cupientes pro tranquillo et securo statu Christianorum illarum partium eum sortiri effectum prosperum et votivum, quodque ad hoc per vos juxta vestre facultatis suppetentiam sese ad id extenderit, salubris et utilis executionis opera impendatur, discretionem vestram attente requirimus, monemus et hortamur in domino Jhesu Christo vobis nichilominus iniungentes, quatenus si vobis visum fuerit, quod Castra possitis defendere supradicta, huiusmodi eorum donationem cum omnibus iuribus et pertinentiis ipsorum liberam et perpetuam pro vobis et successoribus ac Hospitali vestris recipiatis a Rege predicto, ipsaque donatione recepta, et observatis super hoc illis juris solemnitatibus et cautelis, quas natura et conditio contractus